¶ Hyemis liquide Sub decembris nouilunio emerget ſabato
poſt cōceptiōis Marie a mediali horario poſt meridiē hora.ix.
minuto.xxx.ab occiduali hora.v.minu.xl.ſup oriſontē aſcendē
te in oriēte virginis quinto gradu.Igit principiū ei⁹ erit tenebro
ſi aeris ac frigidi.Mediū ei⁹ clari⁹.finis frigidior cū ſpiſſo aere
¶ Incenſio Januarij . Cōceptionis (niue ac humiditatib⁹.
Marie poſt mediū diem a mediali horario hora nulla minu.ix.
ab occiduali hora.xx.minuto.xviij.cū claro aere quibuſdā locis
emerget. ¶ Quadra.Quinta feria poſt lucie aū meridiē hora.
viij.minuto.vi.ſcdm mediū horalogiū.Scdm aūt integrū hora
xvi.minuto.xij.naturā ſui nouilunij non mutabit.
¶ Oppoſitio eiuſdē.Quarta feria poſt Thome apoſtoli poſt
meridiē a medio horalogio hora.x.minuto. xlviij . ab occiduali
hora.vi.minu.li.cū vento aliquib⁹ locis cū caſu niuis aliquib⁹
cū pluuia . ¶ Quadra.In profeſto ſilueſtri aū meridiē a me-
dio horario hora.ij.mi.lij.ab integro hora.x.mi.liiij.ad minus
¶ Dies eius.In vigilia et ipſo die cōceptio (cū vēto emerget.
nis Marie humiditas et vent⁹.Lucie virginis vent⁹ ſpiſſitudo
nubiū.Quinta feria poſt lucie ad minus ventus.Sabato poſt
lucie ſpiſſitudo aeris.Thome et ſequentib⁹ dieb⁹ mutatio aeris
In vigilia natalis dñi mutatio notabilis. Thome cantuariēſis
ſimiliter et tantum de illo.

¶ Hec ſunt vniuerſa que in hoc prognoſtico ſcribere volui pro
hoc anno optimi viri ſi qua in eis offenditis que vel lapſu lin
gue vel aliter forte ſcripta q̄z a me intellecta eſſent qd̄ cōtra ani
mum noſtrū vtiq̧ eſſet precor pios lectores vt pie interpretētur
ac boni conſulent.

¶ Impreſſum Lipſigk per Bacca
laureū Vuolfgangū Monacenſem.

BIBL. UNIW. WROCŁAW

Juditiū Lipſenſe Doctoris Conradi Norici ad annū

currentem poſt Christi Saluatoris noſtri natiuitatem Mil-
leſimū quingenteſimum decimum quartum.

Mars anni dominus Venus vero particeps

Leipzig, Mar. Landsberg]

D Ixit Ptolomeus ſcire debe-
mus ꝙ motus corporum ce-
leſtium eſt res diuina / quam res de mundo nequit aliquo modo diſ
turbare / quoniam eſt neceſſaria / et inde aliud eſſe non poteſt / Sꝫ
mutationes rerum terrenarum ſunt naturales et conuertibiles reci-
pientes res primas a celeſtibus corporibus in modo accidentis et ſe-
quentis eam ꝛc. Ad laudem igitur dei omnipotentis Saluatoris
noſtri Iheſu chriſti anno a benedicta natiuitate ſua. 1 5 14. pro fa
ma celeberrimi gymnaſij Lipſenſis / necnon communis vulgi vtili
tate Conradus Noricus Artium liberaliū magiſter et in medicinis
doctor / ea que ex ſuperiorum corporū coniunctiōibus aſpectibuſqꝫ
necnon alijs percipere poſſumus / breuiter conſignabo. BIBL. UNIW. WROCŁAW
¶ In preaſſumpto pronoſtico anteqꝫ ſermo alter proponit placuit
fundamenta exponere. Orbis magni directio quartidecimi incom
pleti (et eſt quintuſdecimus ac ducenteſimus annus gradatim a cō
iunctione que annis. 279. diluuium preceſſit incedens). 17. gra-
dum. 55. minu. ſigni Leonis hoc anno attingit / cuius orbis guber
nator eſt Luna / directionis vero gradus eſt quintus ſigni Scor-
pionis cuius diuiſor eſt Jupiter / condiuiſor Mars / pfectio cōiūc-
tionū que diluuium ſignificauit in ſignum cadit geminorum / Cō-
iunctio maxima in triplicitate Arietis orta ad ſignum Virginis de-
uoluitur. Coniunctionis vero Saturni et Jouis de triplicitate in
triplicitatem profectionale ſignū ſunt Piſces. Thaurus quoqꝫ ſig-
num eſt profectionis coniunctionis minoris in ymagine ſcorpionis
habite / Potentiſſime coniunctionis Saturni et Jouis in ſigno can
cri profectionale ſignuꝫ ſunt gemini / Stelle quoqꝫ crinite cauda ad
ſignum ſcorpionis ſituatur ꝛc. Potiores huius anni ſtellarum radi-
ationes ſunt hee / preceſſit tamen vt in precedenti anno notatuꝫ eſt
coniūctio media ſaturni ⁊ martis vigeſimanona die menſis decem-
bris ſuper vigeſimo ſecundo gradu ſigni ſcorpionis luna in quadra
tura eorum radiante cum vero ſignū coniunctionis / ad aſcendens
anni perueniat / minimum in dato anno ſignificationem nō habe-
bit. Exinde prope vigeſimumnonum diem menſis aprilis oppoſi-
tus ſaturni et iouis aſpectus apparebit / et ad duodecimum diē men
ſis maij tetragona ſaturni retrogradi et martis moleſta radiatio / et

BIBL. UNIW. WROCŁAW
Li. i 400617

expoſt vigeſimaſexta die eiuſdem menſis maij altera tetragona io-
uis et martis radiatio ſpectabitur / deinde ad ſedecimum diem men
ſis auguſti altera tetragona iouis et mart retrogradi radiatio / de-
mum prope trigeſimum diem menſis octobris iterum tetragona io
uis retrogradi et martis radiatio notabitur ꝛc. His igitur ſic dict
pronoſticum hoc in duas diuiditur partes / prima accidentia ⁊ qua
rundam rerum ſtatus necnon perſonarum in vniuerſali pertractat /
Secunda pars impreſſiones corporum ſuperioruꝫ ad hec inferiora:
vt ſunt pluuie / ventorū motus / tonitrua / choruſcationes gran-
dines ꝛc. pertractat. Quantū ad partem eius primam quindecim
ſequentia ſunt hec eius capitula.

Capitulū primū de domino anni

¶ Iuxta antiquorū huius ſcientie traditiones et precipue Ptolo-
mei alexandrini / gubernatores poſt deum diuina eius admiſſione
dico planetas qui mayoris potentie in angulis celi repiuntur / To
tus igitur annus ille principaliter ex influxu Martis videlicet / et
poſtea Veneris finem ſuum habebit / Martis ideo ꝙ ipſe in figura
p̄uencionali ante ingreſſum ſolis in ſignū arietis in domo ꝓprie ex-
altationis ſedens vigintiduabus dignitatibꝰ ſit decoratus / et ꝙ ſu
per aſcendentia quartarū multiplicē obtineat principatū ꝛc. Vene
ris vero ideo ꝙ et ipſa in antedicta figura in ſigno ꝓprie ſue exalta-
cionis corpaliter ſedens poſt martē nouem ſit dignitatibꝰ fulcita /
et vna cum marte ſup aſcendentia quartarū vim poſſeqꝫ ſuum ſepiꝰ
extendat. His vero mercuriꝰ ſe in anni quartis quandoqꝫ participeꝫ
exhibebit / et ipſe quoqꝫ Iupiter tali participatione aliquando frue-
tur. Stellis itaqꝫ talibus in vnum commixtis annus ille vt cuilibꝫ
patebit probanti varius erit.

Capitulū ſecundū de pace et bello

¶ Diligens examē in ſtellarū radiationibꝰ poſui. Dixit Razes afo-
riſmo. 36. dominus quinti circuli ſcꝫ venus diſſoluit quod ligat do
minus tertij et eſt Mars ideoqꝫ pax et concordia inter regētes et in
cōmuni populo preſenti anno adeſſe deberet / etiam qr Mars et Sa
turnus in fine precedentis anni ſimul iuncti bonū efficiunt vt vult
Razes aforiſmo. 7. quādo due cōiungentur infortune fit ex eis for-
tuna pfecta / non placet mihi dictū illud / nam dicta Ptolomei ſe

cundo iudiciorū aliter ꝓbant. Dico igitur ſicut dicit Haly̆ albohazen primo iudiciorū capitulo ſexto Infortuna que accidit a duab⁹ infortunis quādo ſimul iungūtur eſt equalis fortune duarū fortunatum quando ſimul iūguntur / hoc dixit auctoritate Doronij regis in libro experimentorū ſuorū volentis infortunas de leui nunq̄ vlla materie bonū adducere. Sed in fine p̄cedentis anni vt ſupra tactum eſt cōiunctio duarū infortunatum Saturni et Martis eſt facta luna in quadratura eorum radiante / que quidē in preſenti anno per corp⁹ ad ſignū aſcendentis voluitur / Saturno retrogrado corpaliter in tali ſedente / occaſio guerraꝝ belloꝝ / diſcordiarū ac multarum tribulationū inter regentes / diuites / et cōmuni populo adhuc in certis partibus terre percipietur / Dixit Meſaalla in libro coniūctionum ſuarū capitulo vndecimo. Coniūctio Saturni et Martt ſignificat accidentia bellorū atq̄ guerratum contrarietates. Razes aforiſmo. 132. Cū due infortune cōiungūtur et luna Saturno in latitudine erit fames et mortalitas. Si vero Marti mutabuntur reges / et erit multa ſanguinis effuſio et prelia in loco qui ſignabitur ab ipſo ſigno et hoc non fallit. Preterea quia ſignū cōiunctionis ad aſcendens anni ſeſe applicat / a quo Mars nō longe ſeparatus eſt / Ioue ſub radijs ſolis ſiſtēte / Venere cū cauda draconis in quarta / guerras hec indicant / depopulationes villarū / terrores / interfectiones / Haly̆ albohazē octaua p̄te ca. quinto ſcorpi⁹ eſt infortuniū ſignorum / ſicut et eius dn̄s infortuna planetarū / et paulop⁹ dicit talis radiatio indicat q̄ reges vnus videlicȝ contra aliū litigabūt / et morientur homīes divites / et accident dolores et anxietates in mūdo. Preterea quia Mars in domo exaltationis ꝓprie ſedens ſub lumine Saturni retrogradi / Luna vero infra ſextilem et quadratam Saturni et Martis radiacionē ꝛc̄ inimicitias / cōtētiones / rixas / et multas falſitates notat / Haly̆ albahazen octaua parte capitulo quarto Mars in exaltatiōe ſua ſignat interfectiones lites prelia et ſanguinis effuſionē in terra babilonie et in omnibus climatib⁹ / et damnū erit cōmune et equale omnib⁹ hominib⁹ et in pueris et beſtijs ac auibus / et mouebuntur magne guerre et rixe et durabit hoc donec applicet ad tempus quarti aſpectus in quo fuerit Iupiter / Guido bonates octaua parte capitulo tredecimo Mars in exaltatione ſua cū participatione alicui⁹ infortune ſignat res magnas et terribiles ſicut opera que fiunt per ferrum ignem et effuſionem ſan-

etiā prauas ꝑcipiēt ſed ad vltimā p̄tē ān̄i in agēdis ſuis fortūatiores.

¶ Chriſtianis ille annus pro parte tempus bellorum / armorū / magnarumq̄ rerum perpetrandarū erit / ipſi tamen in agendis cauti ſint ne doloſe circumueniant̄ / plures etiam letales egritudines ſentient / cum ſatis competenti in negocijs ſuis fortuna.

¶ Sarraceni / Thurcomanni / Marrochiani / Soldaniani iſto anno pericula portabunt / ex bellis / incendijs / et tribulationibus / cū egritudinibus etiam mortalibus in certis locis terrarum ſuarum.

¶ Tartari iſto anno egritudinibus mortalibus obducti / animuȝ in vicinos ponent ſpe in eos leuandi arma et debellandi illos / ipſi tamen ad ſe videant ne periclitentur.

Capitulum ſextum de ſummo pō tifice ac prelatis eccleſie.

¶ Sanctiſſimus Papa in iſto anno ea que religionis chriſtiane ſunt magna maturitate perficiet / plures tamen tarditates et aduerſitates inprimis ſentiet / chriſtifideles aduerſus īfideles propoſſe animabit / deq̄ pace terre Rhomanorum atq̄ Italie tractanda plurimum [illegible]nctitas ſe imponet ꝛc̄.

¶ [illegible]elati vo et legati ſedis apoſtolice cardinales / archiepiſcopi epiſcopi / iuriſperiti / legum et canonum doctores inter ſeſe licet aliqualiter in conſilijs et cauſis tractandis inimicitias facient et vnus alterū perſepe impediet / Vlteriori tamen anni ſucceſſione in agendis ſalubriorem conſequentur fortunam / ex eis deniq̄ aliqui egritudine letali finem vite ſue facient.

Capituluȝ Septimuȝ de eſſe imperatoris Rhomanorum.

¶ Inuictiſſimus princeps Maximilianus Rhomanorum Imperator / hoc anno in negocijs regni ſolicitum aget ſtatum / nam cuncta ſalubriori executione preſenti anno a ſua mayeſtate ordinabunt / In ciuitatibus aliquibus regni adhuc diſcordie in cōmuni populo et regentibus percipientur / ob martem tamen venturum in quartam ad caudam draconis eo in principio anni in ſigno capricorni. maieſtas ſua doloſam et occultam circumuentionem precaueat ꝛc̄.

Capituluȝ Octauum de ſtatu militum et Stipendariorum.

¶ Milites et regum ac principum auxiliatores / Vaſalli / Stipendarij / Pretores / Preſides / ordinatores guerrarum et om̄es homines qui gladio / igne / et armis delectantur iſto anno in milicia armis et bellis necnon egritudinibus ſtatum varium habebunt / officia eoꝝ̄ ſepiꝰ mutabuntur cum diſcordijs ⁊ inter ſeſe tribulationibꝰ / que vo ad fortitudinē militie videbūt ꝑtinere ꝓ viribꝰ ſine formidīe ꝑficiēt.

Capitulum Nonum de ſtudentibꝰ et artium liberaliū magiſtris.

¶ Artium liberaliū magiſtri / medici / philoſophi / ſapientes / ſcribe / mathematici / poete / oratores / et omnes homines ingenio laborantes / in tali anno ſatis honorati erunt a potentibus / nobilibꝰ / et cōmuni populo / apud plures tamen egritudo mortalis / cum amicis diſcordia / itineris periculum / fortunaqȝ ſiniſtra percipietur.

Capitulū decimū de puellis ac mulieribus.

¶ Mulieres / puelle / cantores / inſtrumentorū muſicalium pulſatores / voluptuoſi / et omnes homines eloquentia ſuaues iſto anno diſcordias ac cōtētiones in coniugijs / a potentibꝰ damna / in hereditatibus tribulationes inuenient / que alias ad curā domeſticaȝ et artes ſuas pertinebunt ꝓ viribus curabunt.

Capitulū .xi. de ſtatu mercatorū.

¶ Mercatores ⁊ negociatores perſepe a proditoribus in itineribus periclitabūtur / a nobilibus tamē iſto anno magis fortunaȝ conſequētur / in mercantijs ſatis competens lucruȝ / plures etiam ex eis egritudines percipient.

Capitulū duodecimū de religioſis

¶ Religioſi regulares / monachi / et ſpirituales perſone / ſub vita heremitica viuentes mlta impedimenta in negocijs ſuis / ex parte etiā religionis ſentient / diſcordia et egritudo mortalis plures periclitabit / pro poſſe tamen cultum diuinum augebunt.

Capitlm .xiij. de ſtatu cōis populi

¶ Communis populꝰ meliorem in iſto anno de laboribꝰ proprijs ⁊ in rebus domeſtick acquiret fortunam / in itineribus ⁊ cum conſanguineis ſatis plurimum gaudebit.

Capitulum decimumquartum de quibuſdam regnis ac prouincijs.

¶ De ſtatu Mißne terre inclite / homines dicte terre in plerisqȝ locis etiam graues egritudines incurrent / diſcordias inter ſe ex leui cauſa ratione hereditatum ⁊ poſſeſſionum facient / et cum nobilibus rixas alias in vita et honore bone conuerſationis.

¶ De ſtatu regni Bohemie / Bohemi iſto anno armorum inſultus timere habebunt / egritudines mortales / diſſenſiones cuȝ regentibꝰ / inter ſeſe plurimas varietates / nihilominus et circa progenieȝ / curā domeſticam / et defenſionem patrie ſatis ſolliciti.

¶ De ſtatu regni Vngarie: Vngari exercitia armoruȝ / in negotijs ſuis peragendis plurima impedimenta / cū vicinis tribulationes / egritudines etiā in pluribus mortales timebunt / apud p̄latos tamē magne fame / honorabūtur quoqȝ ab eis / et ad defenſionem poſſeſſionum ſuarum ſatis ſolliciti.

¶ De ſtatu ducatus ſchleſie / hoīes dicte patrie inimicitias ex nobilibus quibuſdā timebunt et guerras / egritudines in aliquibus graues / alias in vita et honore bone cōuerſationis.

¶ De ſtatu Franconie / Sueuie / Bauarie / homines illi in certis ciuitatibus ſuis egritudines mortales ſentient / armorū apparatꝰ / diſcordias / et appreciationeȝ frumenti / nihilominus bone vite et conuerſationis in negocijs peragendis

¶ Suitenſibus occaſio noua belli eueniet / in cauſis regni parciūqȝ italie et circa educationē ꝓgeniei ſolliciti / in plerisqȝ etiā egritudines graues notabuntur.

¶ De ſtatu regnorū et prouinciaꝝ Dacie / Swecie / Norwegie / Saxonie / Pruſſie / Littuonie / Liuonie / Ruſſie walachie / in iſtis locis mortalitas / bellorū apparatus adhuc aderit / deceptio / fraus / et latrociniū / et in aquis damnū / circa progenieȝ in cura domeſtica / et in mercancijs alias fortunacioris erunt ſtatus.

¶ De ſtatu regnorū Anglie / Francie / Burgundie / Flandrie / in his locis tribulatio ⁊ belli apparatus necnō mortalitas apparebit / alias in negocijs et mercantijs ſatis ſalubrem inuenient ſtatum.

Ca. xv. de ſtatu aliquarū ciuitatū

¶ Lipſenſes in iſto anno capitis / oris / guturis / pectoris / ventris

ꝑedū / et in partu mulierū / egritudines timebūt / in quibꝰſdā etiā mortaliter euenientes / alias in vita / honoꝛ ⁊ bone cōuerſationis.

¶ Magdeburgenſes diſcoꝛdias cū nobilibus inuenient egritudines periculoſas / in itineribus damna / cū quibuſdam regentibus odia / que vero ad curā domeſticā pertinebunt pꝛo viribus curabunt

¶ Nūrnbergēſes ſe ipſos exercitabunt in bellicis rebus / itinera facient in quibus pericula timere habebūt / mercancie tamē eoꝝ ſalubꝛes erūt / et a nobilibus et potentibus auditi et dilecti / egritudines tamē incurrent ſicut doloꝛem capitis / fluxū ventris / apoſtemata / doloꝛes pedum / iunctuarū ⁊c. in aliquibus moꝛtales / et in mulieribus partum difficilem percipient.

¶ Wyenenſes in negocijs ſuis cōmunibꝰ plurima perſepe acquirēt impedimenta / belli occaſionez timebunt / et egritudines moꝛtales / alias cum pꝛelatis / litteratis perſonis bene foꝛtunati.

¶ Pragenſes circa pꝛogeniem et altitudinem ſui honoꝛis pariter laboꝛabunt / diſcoꝛdias tamen et belli occaſionem inter ſe cum regentibus et nobilibus terre etiam a vicinis timebunt / egritudines deniqꝫ quidam periculoſas patientur.

¶ Cracouienſes cum vicinis belli occaſionem inuenient / infirmitates / et in itineribus pericula / que vero ad curam domeſticam et educationem pꝛogeniei pertinere videbunt pꝛo viribꝰ augere curabunt.

¶ Vratiſlawienſes quo ad anni partem pꝛimam in negocijs ſuis et cum nobilibus impedimenta percipient / Sed in anni ſucceſſione eorum facta melioꝛabuntur /

BIBL. UNIW. WROCŁAW

¶ Venetiani in iſto anno pericula in ſe et in ſuo populo timere habebunt / nam tribulationez belli et moꝛtis in terra et mari inuenient

¶ Hec igitur de regionibus ⁊ ciuitatibus dicta ſpecialioꝛi pꝛogreſſu etiam de locis parum remotis a pꝛedictis ſunt intelligenda.

Sequitur ſecunda pars de coꝛpoꝝ luminoſoꝛū impreſſionibus in hec inferioꝛa: quoꝛū effectus nō ſempꝛ ſed vt inplurimum iuxta regionum ac materie accidit diuerſitatez ⁊ hec vero pars: quantū humano permittitur intellectui ſuper huius rei certificatione: tribus abſoluetur verbis.

BIBL. UNIW. WROCŁAW

Verbum pꝛimum de generali totius anni diſpoſitione quantuz ad quatuoꝛ qualitates pꝛimas que ſunt caliditas / humiditas / frigiditas / et ſiccitas / Quia in figura

Juditiū in almo Studio Lipſenſi anni decimiquinti ſuꝑ milleſimūquingētcſimū ad ſtrenuū reiqꝫ vēdende ſtudioſum virū Martinū Leubel: Ciuem Lipſeñ. per Simonē Eyſſenman de Dillinga artiū magiſtrū editum elaboꝛatumqꝫ pꝛo influxu celeſtium ſiderum.

Dñs anni. — Diſtichon eiuſdem — Coadiutoꝛ

Juppiter aſtripotens ſimul et latratoꝛ anubis
Anni labentis ſplendida ſceptra ferunt.